



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Limina Apostolorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

na, sub pœna priuationis dignitatum, officiorum vocis actiuae, & passivae, facultatis concionandi, publicè legendi, ipso facto, & alijs pœnis. *Congr. s. officij 1625. apud Lezanam in summ. quest. Regut. cap. 9. num. 24.*

Libri impressi contra dictum Decretum sunt prohibiti, *ibid.*

Impressores puniantur amissione librorum, & alijs pœnis. *ibid.*

### Licentia.

1 **L**icentia laborandi die festo à solo Episcopo concedi debet: index tamen laicus potest procedere contra non habentes licentiam. *Congreg. Episcop. 21. Augusti 1615.*

2 Et gratis debet dari eadem 15. Iunii 1619.

3 Licentiæ discedendi, audiendi confessiones, concionandi, & ministrandi Sacramenta dentur gratis. eadem 16. Iulij 1592.

4 Licentia quaritandi eleemosynas à Regularibus mendicantibus in ipsamet monasteriorum ædificatione, seu erectione data censetur. eadem 6. Octobris 1597.

5 A laici non potest concedi pro quaestu eleemosynarum. eadem 8. Nouembris 1619.

6 Licentia alloquendi Moniales Regularibus subiectas dari debet laicis in scriptis ab Episcopo, & superiore Monialium coniunctim. ead. 15. Ianuarij 1616. *et alias sepius.*

7 Idem fiat in Diocesi à Vicario deputando; sed eo casu superior Regularis priori loco subscribat. eadem 7. Martij 1617.

8 Idem seruetur in licentijs ingrediendi monasteria Monialium, exceptis repentinis casibus, in quibus sufficit alterutius subscriptio. eadem *ibid.*

9 Edicta pro huiusmodi licentijs ab Episcopo tantum subscribantur, & publicentur. eadem *ibid.*

*V. festi dies. num. 45. 46. 47.*

### Limina Apostolorum.

1 **O**Mnes Episcopi tenentur visitare limina Apostolorum, & de statu Ecclesiarum rationem reddere. Sixt. V. Anno 1585.

2 Per se, vel per nuncium, si legitime sint impediti. *ibidem.*

3 Nuncius autem cebet esse certus cum mandato speciali de gremio Capitulum Episcopi, aut indignitate constitutus, seu Personatum habens; & his deficientibus, sit sacerdos Diocesanus; & Clero deficiente, aliquis presbyter, etiam Regularis, spectata probitatis, & religionis. *ibid.*

4 Itali, & alij ex insulis adiacentibus tertio quoque anno: alij remotiores quarto; quinto, vel decimo, pro regionum varietate. *ibid.*

5 Annus incipit à tempore suscepti muneris consecrationis, vel pallij traditionis, vel translationis. *ibid.*

6 Pœna imponitur suspensionis ab ingressu Ecclesiae, & ab administratione spiritualium, & temporalium, & à fructuum perceptione; & est referuata Papae. *ibidem.*

7 Excusatio de non veniendo Romam, debet probari legitime coram primo Diacono Cardinali. *ibidem.*

Si ad curiam profectus Episcopus Papam non visitet, ab eoque non obtenta licentia discedat, incidit in excommunicationem. *Vgol. de pot. Ep. cap. 2. §. 2. num. 5.*

*V. subsidium caritativum. num. 6.*

*Synodus num. 7.*

### ADDITIO.

1 **E**Piscopi in partibus infidelium residentem, si visitent per procuratorem in curia residentem, satisfaciunt constitutioni Sixti V. *s. Congr. de propag. fide. 28. Iulij 1626.*

2 Coadiutor Episcopi non tenetur visitare, sed coadiutus. *Congreg. conc. 4. Augusti. 1609. apud Barboss. de iure Eccl. l. 3. cap. 10. num. 45.*